

-----d'Avignon et Ede Gentilly.-----

/ Robertus S.R.E.Presbyter cardinalis Bellarminus totius ordinis Caelestinorum protector. Cum sicut accepimus alias frater Ryol religiosus dum viveret dicti ordinis qui tunc pro provinciali ~~pre-~~
~~dictae~~ provinciae Galliae se gerebat, et post eum frater Nicolaus
5 Cuneron qui hodie pro provinciali dictae provinciae se gerit, ele-
gissent successive nonnullos ex religiosis dicti Ordinis qui prio-
ris et procuratoris conventus Avenionensis dicti ordinis officio
fungerentur, ac etiam multis aliis religiosis obedientiam concessis-
sent ad hoc. Et in dicto conventu residerent a dicto officio prio-
10 ris ac procuratoris deposito R.P.Anthonio du Pont moderno priore
dicti conventus in eo legitime instituto, nec non fratre Gabriele
d'Ayren ejusdem conventus etiam legitimo procuratore ac idem etiam
factum extiterit in conventu Sancti Martialis de Gentilino prope
Avenionem per eosdem pretensos provinciales quorum tamen mandato
15 etiam dicti patris du Pont et d'Ayren parere recusassent, ali-
isque religiosi missi a dictis pretensis provincialibus, et sic non
pauisset illis aditus ad dictum conventum Avenionensem, illi moram
traxerunt, prout hodie trahunt in loco Loduni prope dictam civita-
tem Avenionensem in quo est prioratus dicti conventus ibidem, ut ai-
20 unt divinum servitium celebrantes, et ex redditibus dicti priora-
tus et conventus degentes eodemque tempore iudicium instituerunt
contra dictum R.P. du Pont coram tribunali senescali Nemansensis
ad hoc ut reciperentur in dicto conventu Avenionensi ad eorum pre-
tensa officia et interim manu tenerentur in detentione dictorum red-
25 dituum loci Loduni, et tandem ut dicitur, emanavit a dicto tribuna-
li decretum pro illorum receptione, et quod in materia principali
adirent illorum superiores ac iudices competentes intra sex menses,
quod decretum fuit postea. Et dicitur confirmatum per senatum Tho-
losae, et in illius executione dictus pater Cuneron assertus pro-
30 vincialis quasi esset superior legitimus dicti du Pont prioris Ave-
nionensis, et dicti d'Ayren procuratoris dicti conventus sub die

/ quarta octobris 1616. illos condemnavit ad eum recognoscendum in
provincialem. Infra et per totum mensem tunc proxime sequentem in-
fra conventum Parisiensem sub poena rebellionis, excommunicationis,
et aliarum poenarum, et quod illorum officia remitterent religio-
5 sis per eum electis, alique religiosi admitterent ad dictum con-
ventum juxta illorum obedientiam et interim donec paruerint quod
dicti religiosi per dictum provincialem missi facerent divinum of-
ficium ut antea in dicto loco Loduni et in eo sustentarentur ex re-
ditibus dicti conventus et prioratus prohiberent ne dictus du Pont
10 uti priori pareretur. Nos de praemissis omnibus et singulis facto
verbo cum Sanctissimo D.N. Paulo V a Sanctitate sua habuimus in man-
datis vivae vocis oraculo nobis desuper facto quod donec et quous-
que pendet lis inter dictum assertum provincialem et RR. patres prio-
res conventuum Avenionensis et Sancti Martialis de Gentilino (quae
15 hodie vertitur coram Ill/mis et R/mis Cardinalibus de Per-
rone et de Rochefoucault nec non coram admodum Ill/mo et R/mo epis-
copo Parisiensi uti iudicibus in hac parte specialiter deputatis a
Sanctitate sua) non teneantur nec debeant dicti du Pont et d'Ayren
nec etiam dictus prior conventus Sancti Martialis de Gentilino ullo
20 modo parere dicto asserto provinciali, nec super promissis, nec su-
per aliis eorum officia, et conventus concernentibus, sed quod a S
Sanctitate sua et a nobis immediate dependeant, non obstante dicta
pretensa ordinatione dicti p. Cuneron provincialis pretensi, et ali-
is per eum faciendis, quae omnia et singula ad omnium et singulorum
25 quibus opus fuerit notitiam deducimus et attestamur per presentes
nostras litteras quas ideo in horum fidem suscripsimus et nostri si-
gilli impressione muniri. Datum Romae sub aedibus nostris
hac die nona Junii anni millesimi sexcentissimi decimi septimi.

Robertus Cardinalis Bellarminus protector Caelestinorum.

30

Anthוניus Doctus Secret.